BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sed aduenam et pupillum et ui
duam auferre pacieris. et benedi
cat tibi dominus deus tuus in omni
tempore manuum tuarum. Si fru
ges colliges oliuarum. quidquid
remanserit in arboribus non reuer
taris ut colligas sed relinquas ad
uene pupillo et uidue. Si uindem
iaueris uineam tuam non colliges re
manentes racemos. sed cedent in
usus aduene pupilli ac uidue.
Memento quod et tu seruieris
in egypto. et idcirco precipio tibi ut
facias hanc rem. XXIII

Si fuerit causa inter aliquos
et interpellauerint iudices
quem iustum esse perspex
erint illi iusticie palmam dabunt
quem impium condempnabunt. in
pietatis sentencia. Sin autem eum
qui peccauit dignum uiderint plagis
prosternent et coram se facient
uerberari. Pro mensura peccati erit
et plagarum modus. ita dumta
xat ut quadragenarium numerum
non excedant. ne fede laceratus
ante oculos tuos abeat frater tuus.
Non ligabis os bouis triturantis
in area fruges tuas. Quando ha
bitauerint fratres simul et unus ex eis
absque liberis mortuus fuerit. uxor de
functi non nubet alteri. sed accipiet
eam frater eius et suscitabit semen
fratris sui et primogenitum ex ea fi
lium nomine illius appellabit ut
non deleatur nomen eius ex israel.
Sin autem noluerit accipere uxorem
fratris sui que ei lege debetur per
get mulier ad portam ciuitatis
illius et interpellabit maiores
natu dicetque. Non uult frater uiri
mei suscitare semen fratris sui in
israel. nec me in coniugium sumere.
Statimque accersiri eum facient et
interrogabunt. Si responderit no
lo eam in uxorem accipere. accedat
ad eum mulier coram senioribus
et tollet calciamentum de pede eius
spuetque in faciem illius et dicet. Sic
fiet homini qui non edificat domum
fratris sui. et uocabitur nomen eius
domus discalciati in israel. Si
habuerint iurgium uiri duo inter
se et unus contra alterum ceperit
rixari uolensque altius eruere uirum uxor
suum de manu forcioris miseritque
manum et apprehendit uerenda eius.
abscides manum eius nec flecteris
super eam ulla misericordia. Non habebis
in sacculo diuersa pondera maius et
minus. nec erit in domo tua modius
maior et minor. Pondus habebis
iustum et uerum. et modius equalis
et uerus erit tibi. ut multo ui
uas tempore super terram quam dominus
deus tuus dederit tibi. Abhomina
bitur enim dominus eum qui facit
hec. et auersatur omnem iniusticiam.
Memento que fecit tibi amalech
in uia quando egrediebaris de e
gypto quomodo occurrerit tibi et ex
tremos agminis tui qui lassi resi
debant ceciderit quando tu eras fa
me et labore confectus et non timue
rit dominum. Cum dominus
deus tuus dederit tibi requiem et
subiecerit cunctas per circuitum na
ciones in terra quam tibi pollicitus
est. delebis nomen eius sub celo
Caue ne obliuiscaris.